



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum maneant in patria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

autē est scire, quemadmodū hoc ipsū, & pijs opitulerur, & cōtra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur Apostolus.

AD TERTIUM dicendū, q̄ sicut vno modo conuexio virtutum cardinalium probatur per hoc, q̄ una earum perficitur quodammodo per aliam, ut supra dictum est. *ita Greg. eodē modo vult probare conuexionem donorum per hoc, quōd vnum sine alio non potest esse perfectum: vnde praeimit dicens. Valde singula quaelibet destituitur, si non una virtus alii virtuti suffragetur. nō ergo datur intelligi, quōd unum donum possit esse sine alio, sed q̄ intellectus si esset sine sapientia, non posset esse donum: sicut temperantia si esset sine iustitia, non esset virtus.

ARTICVLVS VI.

Utrum dona Spiritus sancti remaneant in patria.

q. 67. arti. 1. lib. 1. Mor. cap. 16.

2. q. 8. art. 7. Et 3. q. 7. arti. 1. ad 3. Et 3. dist. 34. q. 1. arti. 3. & dist. 35. q. 2. arti. 1. q. 3. & arti. 4. c. 3. *lib. 3. Mora. cap. 16. ante medium. Artic. 3.

Cap. 32. non pcul a prin cip. & c. 36.

Ca. 28. ad fi.

Lib. 2. c. 20. pars a prin cip. tom. 2.

In arg. Sed contra.

q. 67. arti. 1.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur q̄ dona Spiritus sancti nō maneant in patria. Dicit. n. Greg. in 2. Moral. * quōd Spiritus sanctus contra singula tentamenta septem donis erudit mentem: sed in patria nō erunt aliqua tentamenta, secūdu illud Isai. 11. Nō nocent, & nō occident in vniuerso mōte sando meo. ergo dona Spiritus sancti non erunt in patria. ¶ 2. Præ. Dona Spiritus sancti sunt habitus quidā, ut supra dictum est. * frustra autem essent habitus, ubi actus esse non pnt: actus autem quorundā donorū in patria esse non pnt. dicit. n. Greg. in 1. Mora. * q̄ intellectus facit audita penetrare, & consilium prohibet esse præcipitem, & fortitudo facit non metuere aduersa, & pietas replet cordis viscera operibus misericordiae: hæc autem nō competunt statui patriæ. ergo huiusmodi dona non erunt in statu gloriæ.

¶ 3. Præ. Donorum quædā perficiunt hominē in uita cōtemplatiua, ut sapientia, & intellectus: quædā in uita actiua, ut pietas & fortitudo: sed actiua uita cum hac uita terminatur, ut Greg. dicit in 6. Moral. * ergo in statu gloriæ non erūt omnia dona Spiritus sancti. SED CONTRA est, qd̄ Ambr. dicit in lib. de Spiritu sancto. * Ciuitas Dei illa Hierusalē celestis nō meatu alicuius fluii terrestis abluit, sed ex vitæ fonte. pcedens Spiritus sanctus, cuius nos breui sariamur haultu, in illis celestibus spiritibus redundatius v̄ affluere, pleno septem virtutum spiritualium seruēs meatu.

RESPON. Dicendum, q̄ de donis dupliciter possumus loqui. Vno modo quantum ad essentiam donorū, & sic perfectissime erūt in patria, sicut patet p̄ authoritatem Amb. * inducā. Cuius ratio est, quia dona Spiritus sancti perficiunt mentem humanā ad sequendam motionem Spiritus sancti, quod præcipue erit in patria, quādo Deus erit omnia in omnibus, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. & qñ homo erit totaliter subditus Deo. Alio modo pnt cōsiderari quātum ad materiam circa quam operantur, & sic in p̄senti habent operationem circa aliquam materiā, circa quam nō habebunt operationem in statu gloriæ: & secūdu hoc non manebunt in patria, sicut supra de virtutibus cardinalibus dictum est. *

AD PRIMUM ergo dicendum, quōd Greg. loquitur ibi de donis, secūdu quod competunt statui præsenti. sic enim donis protegimur cōtra tentamēta malorum: sed in statu gloriæ cessantibus malis p̄ dona Spiritus sancti perficiemur in bono.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Greg. in singulis donis ponit aliquid quod transit cum statu præsenti, &

aliquid quod pmanet in futuro. Dicit. n. q̄ sapientia mentē de ceterorū sp̄s, & certitudine reficit, quorū duorū sp̄s transit, sed certitudo remanet: & de intellectu dicit, q̄ in eo q̄ audita penetrat, exhibet cōtenebras eius illustrat, quarū auditus transit, quādo docebit vir fratrem suū, ut d̄ Hier. 31. sed illustratio mētis manebit. De cōsilio autē dicit, * qd̄ phibet esse præcipitem, qd̄ est necessarium in præsenti, & iterum q̄ ratione animum replet, qd̄ est necessarium etiam in futuro. De fortitudine vero dicit, q̄ aduersa non metuit, qd̄ est necessariū in præsenti: & iterum, q̄ fidē cibos apponit, quod pmanet et in futuro. De scientia vero unum tantum ponit. s. q̄ ignorantia in iunium superat, qd̄ pertinet ad statum præsentem.

sed qd̄ addit, in v̄tre mentis, potest figuratim intelligi repletio cognitionis, quæ pertinet et ad statum futurum. De pietate vero dicit, q̄ cordis viscera misericordiae operibus replet, qd̄ quidē s̄m verba pertinet t̄m ad statum præsentē: sed ipsē in cōtinuo affectus proximorum per viscera designatus, pertinet etiam ad futurum statum, in quo pietas nō exhibet misericordiae opera, sed cōgratulationis affectum. De timore vero dicit, quōd premit mentem, ne de plebitus superbiat, quod pertinet ad statum præsentem, & quōd de futuris cibos sp̄i confortat, quod etiam pertinet ad statum præsentem, quātum ad sp̄m: sed potest etiam ad statum futurum pertinere, quātum ad confortationē de rebus hic speratis, & ibi obtenta.

AD TERTIUM dicendum, q̄ rō illa procedit de donis quantum ad materiam. Opera enim actiua vna non erunt materia donorum, sed omnia habebunt actus suos circa ea, quæ pertinent ad vitam contemplatiuam, quæ est uita beata.

ARTICVLVS VII.

Utrum dignitas donorum attendatur secundum enumerationem Isaiæ 11.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Vt q̄ dignitas donorum non attenditur s̄m enumerationem, quæ enumerantur Isai. 11. Illud. n. uidetur esse potissimum in donis, qd̄ maxime Deus ab homine requirit: sed maxime requirit Deus ab homine timorem, dicitur enim Deuter. 10. Et nunc Israel quid dominus Deum tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum. Et Malach. 1. dicitur. Si ego dominus, ubi timor meus? ergo videtur quōd timor, qui enumeratur in timo, non sit infimum donorum, sed maximum. ¶ 2. Præ. Pietas videtur esse quoddā bonum vniuersale. dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 3. Quod pietas ad omnia utilis est: sed bonum vniuersale præteritur particularibus bonis. ergo pietas, quæ penultimum enumeratur, videtur esse potissimum donorum.

¶ 3. Præ. Scientia perficit iudicium hominis, cōsiliū autem ad inquisitionem pertinet: sed iudicium præeminet inquisitioni. ergo scientia est potius donum, quā cōsiliū, cum tamen post enumerationem ¶ 4. Præ. Fortitudo pertinet ad vim appetitiuam, scientia autem ad rationem: sed ratio est eminentior quā vis appetitiua. ergo & scientia est eminentior donum, quā fortitudo, quæ tamen primo enumeratur. non ergo dignitas donorum attenditur secundum ordinem enumerationis eorum.

SED CONTRA est, qd̄ Aug. dicit in lib. de ser. & de sancti, de qua Isaias loquit, his gradibus sententiæ congruē.